PRAELECTIONES

IN

VNIVERSITATE LITTERARVM
CAESAREA VILNENSI

A KALENDIS SEPTEMBRIBVS A. MDCCCXXIV.
AD PRIDIE KAL. QVINTILES A. MDCCCXXV.

HABENDAE

INDICVNTVR

A

RECTORE ET SENATV ACADEMICO.

VILNAE
EXCVDIT IOSEPHVS ZAWADZKI
ACADEMIAE TYPOGRAPHVS.


BIBLIOTHECA
UNIV.
IAGELL.
CRACOVIENSIS


Biblioteka Jagiellońska
1002355675



I.

PRAELECTIONES PHYSICORVM ET MATHEMATICORVM.

MICHAEL PEŁKA POLINSKI, Phil. D. Acad. Flor., Luc., Patav. et Societ. Philom. Paris. adscriptus, Seminarii Paedagogici Praefectus, Matheseos sublimioris applicatae Prof. P. O. Ordinis Physic. et Math. h. t. Decanus, diebus Lun., Mart., Jov., Ven. et Sat. hora VIII ad IX, tradet Mechanicam rationalem ducibus Poisson et Lagrange; diebus autem Lun., Mart. et Jov. hora III—IV Geometriam analyticam duce Biot exponet.

JOSEPHVS TWARDOWSKI, Phil. D., a Cons. Aul., Ord. S. Annae II^ae^ cl. Eques, Matheseos sublimioris purae Prof. P. O. Universitatis h. t. Rector, quum munere hoc et officio gravissimo districtus docendi partes ipse suscipere nequeat, eo moderante Antonius Wyrwicz Phil. D. Universitatis Adiunctus, diebus Mar. et Sat. hora VII. matut. diebus autem Merc. et Ven. hora X. tradet calculum differentialem et integralem, ducibus Lacroix et Lagrange, denique Lun., Merc., Jov. et Ven. diebus hora VII. matut. Algebram sublimiorem, ducibus Sniadeckio et Bourdon, exponet.

MICHAEL OCZAPOWSKI Soc. agron. Mosqu. Sodalis, Oeconomiae ruralis Prof. P. O., sexies per hebdomad. hora III. pomer. Oeconomiae ruralis praecepta tradet, eo ordine, quem tum in libris a se editis, tum in dictatis suis agronomicis secutus est, Martis et Jovis autem diebus hora X. rem saltuariam exponet.

CAROLVS PODCZASZYNSKI, Phil. Mag. Architecturae civilis Prof. P. O. Architecturae civilis praecepta, ad conspectum

huius doctrinae uberius a se descriptum, e schedis suis tradet, Lunae die ab hora IX usque ad XI, Martis vero Merc., Jov. et Ven. diebus hora IX—X. Item die Saturni ab hora IX ad XI. Staticen aedificiorum exponet.

FELIX DRZEWINSKI, Phil. D., Physices Prof. P. O. Lunae et Jov. diebus hora XI—XII, Merc. autem et Saturni ab hora X. ad XII. Physicam experimentalem exponet. Idem diebus Martis et Ven. hora XI—XII. Opticam docebit ad Institutiones suas typis excusas.

PETRVS SŁAWIŃSKI, Phil. D., Soc. Astron. Londin. Sodalis, Univ. Adiunctus, Lun. Merc., Jovis, et Ven. diebus hora VII—VIII matut. Astronomiam theoreticam et practicam duce Delambro et ad sua dictata tradet.

VALERIANVS GORSKI Phil. D. Societati Paris. ad augendam civium industriam constitutae adscriptus, sexies per hebdomad. hora XI—XII Mechanicam practicam i. e. de Machinis doctrinam ad Hachetti et Borgnisii praecepta, tum doctrinam de conficiendis viis, canalibus ac pontibus exponet.

JOSEPHVS JVNDZIŁŁ, Phil. Mag. Soc. Mineral. Jenensis et Naturae Curiosorum Lipsiensis Sodalis, diebus Martis, Jov. et Satur. hora VIII—IX Botanicam ad sua dictata tradet. Idem diebus Lun., Merc. et Ven. hora VIII ad IX Mineralogiam exponet.

IGNATIVS FONBERG, Phil. Mag. Chemiam universam experimentis illustrandam et firmandam, duce Andrea Sniadeckio, exponet, sexies per hebdom. hora IX—X matut.

FORTVNATVS IVREWICZ, Phil. Cand. diebus Lun., Mart., Merc. Ven. et Sat. hora II—III pom. Zoologiam, anatomiae comparatae fundamento superstructam, ad suas schedas tradet, compendia cll. virorum Schweiggeri *(Handbuch der Naturgeschichte der skelettlosen ungegliederten Thiere. Leipzig 1820.)* et Cuvierii (Le regne animal distribue d'après son organisation, Paris 1817) secuturus.

HIPPOLYTVS RVMBOWICZ, Phil. M. sexies per hebdomad. hora II ad III. pom. Geometriam descriptivam duce Hachetto et Vallio tradet, eiusque disciplinae praecepta ad theoriam umbrarum et perspectivae applicabit; quae vero lapidum sectionem, opus tignarium machinarumque declinationem spectant, ad ductum Potierii exponet.

ANTONIVS SZAHIN, Phil. Mag. diebus Lun., Merc. et Ven. hora III. pomer. Geodesiam, Topographiam et Libellationem tradet: Martis autem, Jovis et Sat. diebus hora II pom. mensibus aestivis, methodum positionum geometrice delineandarum, ad usus civiles, oeconomicos et militares accommodatam docebit.

II.

PRAELECTIONES MEDICORVM.

VENCESLAVS PELIKAN Med. et Chir. D., Colleg. a Consil. Caesar. Med. Chir. Academiae Petropolitanae, atque Caes. Societ. Med. Vilnensis Sodalis, Chirurgiae et Clinices chirurgicae Prof. P. O., Seminarii medici Imperatoris munificentia conditi Praefectus, ordinis Medicorum h. t. Decanus, sexies per hebdomadem, hora XI—XII, docebit eam Chirurgiae partem, quae partis Chirurgiae theoreticae, vel alias Nosographiae chirurgicae nomine appellatur. Praeterea in Nosocomio clinico chirurgico, quotidie hora X matutina disciplinae suae alumnos, quomodo doctrinam studio comparatam ad usum accommodari oporteat, exemplis docebit.

Idem, Lunae, Martis, Jovis et Veneris diebus, hora VIII—IX Anatomiae humanae lectiones habebit.

NICOLAVS MIANOWSKI Phil. Med. et Chir. D., Colleg. a Consil. Caesar. Societ. Med. Vilnensis, atque Reg. Soc. Philomath. Varsav. Sodalis, Artis Obstetriciae Prof. P. O., quatuor primis mensibus sexies per hebdomadem hora IX—X matut. virilis sexus discipulis universae artis obstetriciae praecepta tradet, et doctrinam de morbis quum mulierum, tum recens natorum, quantum ad artem obstetriciam attinet, exponet. A Kalendis autem Januariis anni proximi, iisdem quidem discipulis per sex menses reliquos, sed tribus tantum diebus, iisdem horis inchoatam doctrinam tradere perget. Feminis autem obstetricum munere in Imperio Rossico fungendi potestatem quaerentibus, item ter per hebdomadem, horis posthac designandis, Elementa in obstetricum usum, curis suis Vilnae vulgata, explicabit. Praeterea artis obstetriciae exercitationes in nosocomio Academico, in utriusque sexus auditorum gratiam rite moderabitur.

JOANNES WOLFGANG Phil. D., Colleg. a Consil., Caes. Soc. Med. Vilnensis et Reg. Oeconom. Varsav. Sodalis, Pharmacologiae et Pharmaciae atque Chemiae politico-forensis Prof. P. O. sexies per hebdomadem hora XI—XII priore semestri tradet doctrinam de medicamentis simplicibus, sive Pharmacologiam. Altero vero a Kalendis Martiis anni proximi, quater per hebdomadem iisdem horis, explicabit doctrinam de medicamentis compositis s. Pharmaciam, experimentis in Laboratorio Pharmaceutico illustrandam atque formandam; binis autem horis serius designandis, scholas in Chemiam politico-forensem ad Elementa Remeri (*Lehrbuch der polizeilich-gerichtlichen Chemie. ed. II. Helmst. 1812. 8vo*) habebit.

VINCENTIVS HERBERSKI Med. D. a Consil. Aul., Soc. Caes. Med. Vilnensi, medico-chir. Londinensi, Dublin. Parisin. Montispessul. Wernerianae Edinburg., aliisque Soc. litt. adscriptus, Therapiae specialis et Clinices medicae Prof. P. Extr., quotidie hora VII—IX matut. in nosocomio clinico

doctrinam medicam curandis morbis aptabit, tradetque sexies per hebdomadem ab hora IX—X eam Therapiae partem, quae ad morbos oris, oesophagi, viscerum abdominalium, uropoieticorum et partium genitalium spectat. Neque deerit clinicis in nosocomio occupationibus vespertinis hora V—VI.

CONSTANTINVS PORCYANKO Med. et Chir. D., Caes. Societ. Med. Vilnensis Sodalis, Therapiae generalis et Materiae medicae Prof. P. E., sexies per hebdomadem hora III—IV docebit Therapiam generalem una cum Materia medica et arte formulas medicas praescribendi. Deinde in Materia medica speciali, duce Heckero, de iis corporibus naturalibus fusius disseret, quae in Pharmacopoeis, tum Rossica, tum Castrensi Ruthenica commendata reperiuntur.

MICHAEL HOMOLICKI Med. D., Caesar. Soc. Med. Vilnensis Sodalis, Universitatis Adiunctus, sexies per hebdomadem hora X—XI Physiologiam docebit. Universa de vita doctrina ad Andreae Sniadeckii V. Ill. Theoriam corporum organicorum strictim tradita, Physiologiam corporis humani uberius exponet, inque singulis functionibus accuratius tractandis rerum ordinem a Bichatio institutum, a Sprengelio autem, Lenhossekio, Richerando et Magendio perfectum, servabit; potiora tamen huius disciplinae principia ad Andr. Sniadeckii, in laudato opere, sententiam explicabit. Cuncta vero Physiologiae hominis praecepta et animadversionibus et experimentis doctissimorum virorum, qui nostra potissimum aetate inclaruerunt, confirmanda vel locupletanda, et observationibus, quas Anatomia comparata suppeditabit, passim illustranda curabit.

ADAMVS BIELKIEWICZ, Medico-chirurgus, Caes. Soc. Med. Vilnensis Sodalis, Universitatis Adjunctus, Anatomiae Prosector, diebus Mercurii et Saturni hora VIII—IX matut. repetitiones anatomicas instituet, Martis vero, Mercurii, Veneris et Saturni diebus hora III—V Studiosorum operam in dissectionum anatomicarum periculis faciendis moderabitur.

ADOLPHVS ABICHT, Med. D. Caes. Soc. Med. Vilnensis Sodalis, Professoris Clinices medicae Adjutor, studiosorum in nosocomio clinico medico exercitationes propius inspiciet et diligenter inviset.

SEVERINVS GAŁĘZOWSKI, Med. D. Professoris Chirurgiae et Clinices chirurgicae Adjutor, bis per hebdomadem hora III—IV, tum fasciarum machinarumque chirurgicarum usum docebit, tum repetitiones chirurgicas instituet, atque in nosocomio clinico chirurgico studiosorum occupationibus quotidie aderit.

ADAMVS FERDINANDVS ADAMOWICZ Med. D., quinquies per hebdomadem, Martis, Jovis et Saturni diebus hora XI—XII matut., Lunae vero ac Veneris II—III pomerid., artis veterinariae alumnis anni secundi, lingua vernacula tradet Zoopathologiae et Zootherapiae elementa.

CAROLVS MUYSCHEL, Med. Mag., Medicinae Veterinariae

alumnis anni secundi, quinquies per hebdomadem diebus Lunae, Mercurii et Veneris ab horae XImae dimidio ad XII Martis autem et Jovis h. II – III pomerid. tradet 1° Anatomiam corporis equini ducibus Girardo et Gurltio 2° materiam medicam veterinariam ex scholis Illustr. Bojani. 3° Zoochirurgiam ad ductum Schregeri et Dieterichsii.

III.

PRAELECTIONES IN ORDINE PROFESSORVM DISCIPLINARVM ETHICO-POLITICARVM.

ALOYSIVS CAPPELLI, Phil. et Jur. Vtr. D., a Consiliis Status, Juris Romani et Ecclesiastici, nec non Linguae et Litteraturae Italicae P. P. O. diebus Martis et Veneris hora XI tradet Ius Ecclesiasticum ad suum Manuale.

Ceteris vero diebus, horis similiter XI. matutina et IV. pomeridiana exponet Jus Romanum tum civile, tum Poenale, ducibus Heineccio et Meistero.

Diebus Lunae, Jovis et Saturni hora IV—V Italicorum scriptorum selecta loca interpretabitur, et historiam litteraturae Italicae enarrabit duce Tiraboschio.

ANDREAS KLAGIEWICZ, Phil. et Theol. D. Canonicus Cathedr. Vilnens. Theologiae Dogmaticae et Historiae Ecclesiasticae P. P. O., quater per hebdomadem Theologiam Dogmaticam diebus Lunae et Martis, hora VIII—IX, diebus autem Mercurii et Jovis ab horae VIII dimidio ad IX.; bis vero Historiam Ecclesiasticam diebus Veneris et Saturni ab horae VIII dimidio ad IX explicabit.

PLATO SOSNOWSKI, Theol. Iurisque Ecclesiastici D., sexies per hebdomadem hora IV—V pomerid. Theologiam Pastoralem, ad ductum Theologiae Pastoralis Franc. Giftschützii, quae a b. Chodani in vernaculum sermonem conversa nuper Vilnae prodiit, exponet.

Idem Auditorum studia in conscribendis concionibus sacris moderabitur.

JOANNES SKIDEŁ S. Theologiae et Canon. D., doctrinam religionis ad Christianam Catholicae Ecclesiae normam et praecepta quater per hebdom., Solis die hora IX. Lunae et Martis h. VII. matut. Veneris autem h. IV. pom. tradet.

Lectiones exegeticae quater per hebdomadem et archaeologiae biblicae bis per hebdom. hora IX—X habebuntur.

Ius patrium Civile atque Poenale sexies per hebdomad. hora X—XI exponetur.

IGNATIVS ONACEWICZ Phil. Mag. sexies per hebdomadem hora III—IV pomerid. Statisticam Imperii Rossici et Diplomaticam docebit.

Philosophia sexies per hebdom. hora IV—V tradetur.

Historia universalis sexies per hebdomadem hora V—VI exponetur.

Oeconomia Politica ter per hebdomadem diebus Lunae, Martis et Mercurii hora II—III pomeridiana tradetur.

IV.

PRAELECTIONES IN ORD. PROFESSORVM LITTERATVRAE ET ARTIVM ELEGANTIORVM.

GODOFREDUS ERNESTUS GRODDECK, Phil. D., Status a Consiliis, Ord. S. Vladim. IV. cl. Eques, Linguae et Litterarum Graecar. et Romanar. Prof. P. O., Litteraturae et AA. Eleg. ordinis h. t. Decanus, I. in Graecis scholis sexies per hebdomad., h. X. matutina, Pindari Carmina atque Platonis Critonem et Phaedonem enarrabit: bis autem hora I. pomerid. ex Encyclopaediae philologicae altera parte, Antiquitates Graecas, Mythologiam, Archaeologiam, Numorum veterum doctrinam, et Epigraphicam exponet. II. In scholis Latinis quotidie, h. II. pomerid., Satiras selectas et Epistolas Horatii, atque Ciceronis orationem pro Sextio interpretabitur.

JOANNES RUSTEM, a Cons. Colleg. Picturae et Artis delineandi Prof. P. O., quotidie ab h. V. vespertina ad VII. regulas Artis delineandi tradet et explicabit, discipulos quoque in formis ducendis ad lampadis lucem, tam ex antiquis quam anatomicis figuris, deinde de vivo in arte pingendi exercebit.

JOANNES ŁOBOYKO, Linguae et Litteraturae Rossicae Prof. P. O., Ord. S. Annae III. cl. Eques, Petropolit. Soc. amicor. patriae Litteraturae Sodalis, A) in tironum usum, 1) expositis principiis Grammaticae comparativae linguarum Rossicae, Polonicae atque veteris Slavicae, auditores suos in vertendo ex Polonico in Rossicum sermonem exercebit; 2) altero semestri pulcherrima poetarum et scriptorum Rossicorum loca philologice et aesthetice enarrabit, Martis, Jovis et Saturni diebus hora VIII—IX matut. B) Provectiorum in usum, 1) Historiam Imperii Rossici, Schloetzero et Karamsino ducibus, tradet, Lunae et Veneris diebus h. IV—V. pomerid. 2) Linguam Slavicam docebit ad Jos. Dobrowscii Institutiones linguae Slavicae dialecti veteris, atque selecta s. scripturae loca ex Slavico in Rossicum sermonem, ad declarandas utriusque huius linguae rationes, vertenda curabit, die Mercurii h. IV—V pomerid. 3) Historiam Litteraturae Rossicae tradet, Martis et Veneris diebus h. III—IV. pomerid., discipulorumque Rossice scribendi exercitationes moderabitur.

LEO BOROWSKI, Poëseos, Eloquentiae et Grammaticae universalis Prof. P. O., sexies per hebdom. hora XI—XII ante

merid. poeticam et rhetoricam artem cum notitiis litterariis exponet, de optima bonos auctores legendi imitandique methodo disseret, Theocritum et Quintilianum ex antiquioribus, Joannem Kochanovium et Petrum Skargam ex vernaculis diligentius cum crisi aesthetica leget, neque deerit iis, qui in scribendi ac declamandi exercitationes studiose operam dabunt. Idem bis per hebdom. diebus Lunae et Veneris h. VIII—IX matut. Grammaticam universalem docebit, Harrisio et Vatero maxime auctoribus.

JOANNES PINABEL, Colleg. a Cons., ord. S. Vladim. IV cl. Eques, Linguae et Litteraturae Gallo-Francorum Prof. P. E, sexies per hebdom. hora III—IV. 1) linguae et prosodiae Gallo-Francorum elementa tradet. 2) Litteraturae huius gentis historiam usque ad saeculi XIX. initium enarrabit, una cum aestimatione celeberrimorum in poësi et pedestri oratione scriptorum. 3) Auditores suos in vertendo ex Polonico in Franco-Gallicum sermonem exercebit.

SIMON FELIX ŻUKOWSKI, Colleg. a Cons. Universitatis Adjunctus, diebus Martis, Jovis et Saturni hora XI—XII., Hebraei sermonis studiosis Institutiones grammaticas tradet, librumque, qui Numerus inscribitur, explicare perget; provectioribus autem Psalmos selectos et vaticinia Habacuci interpretabitur.

Idem diebus Lunae, Merc. et Ven. h. XI—XII. matut. linguae Graecae praecepta enarrans explicabit Chrestomathiam Jacobsii V. Cl., Lucianeum libellum πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν inscriptum, atque Hesiodeum carmen quod Scutum Herculis dicitur.

BENIAMIN HAVSTEIN, a Cons. Aul. Ord. Reg. Sax. civicis meritis dicati Eques, Univ. Adjunctus, Lunae, Merc. et Ven. diebus, hora VIII—IX. mat. Linguae Germanicae praecepta tradet, et discipulorum germanice scribendi studium moderabitur: provectioribus autem historiam Litteraturae exponet, scriptorumque Germanicorum, pariter atque operum, quae condiderunt, notitiam dabit.

Idem diebus Mart., Jovis et Sat. eadem hora Anglici sermonis elementa docebit.

CASIMIRVS JELSKI, Artium Magister, Univ. Adjunctus, Sculpturae elementa tradet, tironumque in hac arte se exercentium studia reget quotidie hora XI—XII.

JOANNES DAVID HOLLAND, Lun., Merc. et Veneris diebus, h. III—IV. pomerid., Musices veteris et recentioris disciplinam tradet; doctrinamque de sonorum numeris (Contrapunct), de diversorum intervallorum usu, de sonorum figuris et dimidiatis (cadences), de siglis continuis (General-Bass) et de compositione musica exponet, musicasque auditorum reget exercitationes.

STANISLAVS HRYNIEWICZ, Lunae, Mart. et Jovis diebus, hora I. pomer., Terentii fabulam, quae Andria inscribitur, et Commentariorum Julii Caesaris de bello civili, vernacula lingua explicabit: Veneris autem die eadem hora discipulorum latine scribendi exercitationes moderabitur.

Artis chalcographicae studiosorum in variis generibus exercitationes quotidie, Solis et festis diebus exceptis, reget Fridericus Lehman Chalcographus.

Artes Gymnasticas, equitationis Franciscus Milewski, saltationis, Xaverius Deybel, rudibus vel pugnatoriis armis batuendi Franciscus Lecayet publice docebunt, diebus et horis designandis.



Bibliothecam Academicam aperient quotidie, Solis ceterisque festis diebus exceptis, hora III—V Godofr. Ern. Groddeck Stat. a Cons. Bibliothecae Acad. Praefectus, et Adiutores, Casimirus Kontrym Colleg. a Cons. et Simon Felix Żukowski Colleg. a Cons. Vniversitatis Adiuncti.

Apparatum machinarum formarumque technologicarum desiderantibus monstrabit Valerianus Gorski mensibus aestivis Solis et Iovis diebus ab h. II—VI pom.; hibernis ab eadem hora usque ad solis occasum.

